



# TRACTATUS DE REGIA PROTECTIONE Vi Oppressorum Appellantium.

## P A R S T E R T I A.

Quae continentur capita circa violentias, quae ab Ecclesiasticis iudicibus, non deferentibus appellationibus legitimis, interpositis, principaliter à sententiis diffinitivis, committuntur.

### C A P U T I.

Si virtute alicujus contractus, quo alimenta promissa sunt, quibus iudex ex officio dare jubet, ( puta Filio à Patre, Patri à Filio, & similibus ) agatur, à sententia super tali contractu lata appellationi non deferens; an vim faciat. Et quid generaliter à qualibet alimentorum sententia, vel eorum, quae celerem executionem desiderant.

### S U M M A R I U M.

- 1 A sententia praestante alimenta appellatio interposita non suspendit executionem, quia venter dilationem non patitur. Alimentorum praestatio celerem executionem desiderat, ibidem.
- 2 Alimenta praestare condemnatus, non auditur in prosecutione appellationis, nisi prius solvat alimenta.
- 3 Ab alimentorum sententia prohibetur appellari quoad effectum suspensivum tantum, non quoad devolutivum.
- 4 Commissio appellationis super sententias alimentorum praesentium, aut futurorum datur cum clausula sine retardatione praestationis alimentorum ( vel sine praesudicio legitima executionis. )
- 5 Alimentario satis consulitur sublata dumtaxat appellatione quoad effectum suspensivum, quo procedunt rationes, quibus ab alimentorum sententia negatur appellatio.
- 6 In omnibus causis quae celerem expeditionem desiderant appellatio quoad suspensivum tollitur. Periculum ubi sit in mora, quando tollitur appellatio, ibidem remissive.
- 7 Ab alimentorum sententia denegatur suspensiva appellatio, non solum quando omnia alimenta petuntur, sed & quando eorum pars tantum petitur, ut vestitus, habitatio, & similia.
- 8 Alimentorum à sententia appellatio denegatur, non solum quando proceditur principaliter, sed etiam quando incidenter ad illa actum est. Circa materiam l. si instituit. §. de inofficioso, ff. de inofficio. testam. qui sint videndi, ibid. Reprobatur opinio Corduba à Lara contrarium asseve-

- rantis, scilicet, ubi agitur principaliter non negari appellationem, ibidem.
- 9 Alimenta petita à paupere habent privilegium, ut per appellationem non suspendantur, quando petuntur à paupere, secus si à divite, in quo cessat ratio prohibitionis & privilegii.
  - 10 Alimenta futuri temporis petita hoc habent privilegium; ut praestatio non suspendatur per appellationem, secus alimenta praesentis temporis, quia jam semel evasit periculum.
  - 11 Alimenta futura dicuntur etiam ea quae debentur à die morae litis.
  - 12 Inter alimenta praeterita & futura dispar est ratio, & sic in istis summarie proceditur, in illis vero non.
  - 13 Alimenta quando petuntur officio iudicis, non admittitur appellatio suspensiva, secus quando jure actionis, quia tunc admittitur. Reprobatur Sigismundus Scaccia hanc communem distinctionem non admittens, ibid. Quae distinctio procedit in inope petente alimenta, ibid.
  - 14 Reobatur opinio Petri Surdi. Alimenta quae officio iudicis petuntur, jure naturali debentur, in petitis jure actionis solum jus civile operatur, ibidem.
  - 15 Alimenta ut lite pendente praestentur pauperi habenti pro se sententiam, tria requiruntur copulative.
  - 16 Alimenta quando petuntur jure actionis, iudicium est summarium, sed ordinarium, quo datur appellatio.
  - 17 In legato pro alimentis agitur jure actionis.
  - 18 Alimenta petens, si reportet contra se sententiam negativam, potest licite appellare quoad utrumque effectum.
  - 19 A sententia negativa lata contra agentem aliqua via privilegiata generaliter admittitur appellatio.
  - 20 Alimenta petita vigore contractus, quo fuere promissa ei, cui jure naturali, & officio iudicis debebantur, puta filio, patri, & similibus, an à sententia lata pro illis praestandis admittant appellationem suspensivam.
  - 21 Actio iudicati licet habeat executionem paratam, stipulatio tamen per quam ipsa novatur ejus privilegio non gaudet.
  - 22 Contractus celebratus in ultima voluntate propriam amittit naturam, & eam assumit ab ultima voluntate. A mero possessorio licet non appelletur, à possessorio interdicto virtute contractus appellatio admittitur, ibid.
  - 23 Provisio homini facit cessare privilegium sibi à jure concessum.

Appella-

- 24 Appellationis prohibitio, & illius permissio ubi in uno subjecto concurrunt, haec an praevalcat.
- 25 Ad alimenta ubi agitur virtute contractus per illum, cui jure naturali debentur, pariter appellationem carere suspensivo, defenditur. Dua regule ubi reperiuntur, una affirmativa, alia prohibitiva, haec praeponderat, ibid.
- 26 Privilegia duo ubi concurrunt, aliud prohibitivum, aliud permissivum, illud potius praevalcat.
- 27 L. qui id quod, ff. de donatio. in proposito pulchre ponderatur. Donatione in stipulationem deducta, & virtute stipulationis condemnatus donator, non amittit privilegium illi copetens, ne coveniatur ultra quàm facere potest, ib.
- 28 Actio aliqua quando non devolvitur in aliam intelligitur devoluta secundum suam naturam primariam.
- 29 Qualitas naturalis, & accidentalis quando in aliquo concurrunt, simul stare non possunt, praevalet naturalis. Causa primordialis & originalis potius attenditur, ibid.
- 30 Principium est sine potentius, causaque incipiens potentior est persiciente.
- 31 Finis regulatur à suo principio, & ad illud trahitur. In filio contrahente alimenta concurrunt officium iudicis inductum ab ipsa natura, & contractus quod est quid accidens, sicque illud naturale debet attendi, ibid.
- 32 Stipulatio quae est stricti juris, si interponatur super contractu bone fidei, hujus natura & effectus retinetur, quia qualitas prima obligationis censetur adjecta in stipulationem.
- 33 Remedium l. 2. C. de rescinden. vend. licet non detur contractibus stricti juris, locum tamen habet in stipulationibus adjectis super contractibus bone fidei.
- 34 Deposito subrogato loco alterius contractus possunt opponi omnes exceptiones quae poterant opponi priori contractui.
- 35 Resolutio questionis proposita cum fœdere distinctionis. Alimenta quae iudicis officium debeantur, si in obligationem deducantur, animo novandi officium iudicis competens pro illis (quae novatio expresse hodie requiritur) evanescit officium iudicis, & remanet sublata, & sic ex contractu agendum est, & jure actionis, ibid.
- 36 Extincta prima actione per novationem, extinguuntur omnia ejus privilegia.
- 37 Verba l. si non obtulit, §. si ex conventionem ff. de re jud. expenduntur.
- 38 Alimenta non deducta in contractum ab eo, jure naturali debebantur, non novandi animo, sed potius ad illius corroboracionem additamentum, & majorem securitatem, & cautionem non amittunt suum privilegium competens ex officio iudicis.
- 39 Verba l. si non obtulit, §. ex conventionem, ff. de re jud. ulterius ponderantur. Verba l. 2. vers. quare ff. de privil. credi. expenduntur in proposito, cui mirabiliter conducunt, ibid.
- 40 Semper attenditur, quod principaliter agitur, & res denominatur à potentiori.
- 41 Qualitas proveniens ex officio iudicis ad alimenta & ejus privilegium ut praeponderet, debet actor in iudicium deducere, & probare qualitates huic officio iudicis necessarias.
- 42 Officium iudicis cum concurrat cum actione, quando per illud uberius consulitur agenti, atque aliquid addatur actioni.
- 43 Ad alimenta quando agitur ex utraque obligatione, una admittens appellationem, alia excludens illam ( prout est officium iudicis ) haec illi detrahatur.
- 44 Qualitas prohibitiva & permissiva quoad concurrunt circa unum & idem individuum, qualitas negativa vincit.
- 45 Alimentorum promissio (cessante novatione) obligationi à lege inductae accedit accessorie; & ita ejus natura vestitur quoad appellationis prohibitionem.
- 46 Alimentorum à sententia diffinitiva prohibita appel-

- latio quoad suspensivum, multo fortius prohibita intelligitur ab interlocutoria.
- 47 Ab alimentis ad dotem valere argumentum, plures affirmant.
- 48 Ab alimentorum sententia sicut non licet appellare, ita in causa dotis non licere plures affirmant, quod auctor nunquam vidit praticari. Alimenta in causa dotis an sint pendente appellatione ministranda, vide ibid.
- 49 Alimentorum à sententia reformatoria appellationi emissa an sit deferendum, remissive.
- 50 Alimenta nimis taxata in eadem sententia, quae quis ad eorum praestationem condemnatur, aut admittant appellationem quoad utrumque effectum, ubi opinio Avendani reprobatur.
- 51 A taxatione seu fructuum liquidatione facta in executione rei iudicata, non datur appellatio suspensiva.
- 52 Taxatio seu liquidatio quando fit in eadem sententia de cujus executione tractatur, non admittit appellationem omnes fatentur. Alimentorum taxatio facta in sententia stat, accessorie ad illorum condemnationem, & sic regulatur ab ejus natura quoad appellationis prohibitionem, ibid.
- 53 Alimentorum taxatio facta in eadem sententia, si admittit appellationem, nunquam potest effugari periculum, quod ex dilacione à jure consideratur.
- 54 A taxatione ciborum vendendorum in populis, & civitatibus facta per iudicem non admittitur appellatio suspensiva, juxta l. regiam.
- 55 A condemnatione facta vigore statuti aut ordinacionis civitatis super vestibus, & cibis disponentis à mille marapetinis infra non admittitur appellatio suspensiva, ex l. regiam.
- 56 Taxatio mercedis seu alimentorum facta in sententia eadem non recipit appellationem suspensivam, prout determinavit Rota Romana contra Avendannum.
- 57 Ad exhibendam rem condemnatus, quando habet facultatem rei restituende non appellat, quia tale iudicium non patitur dilacionem.
- 58 Ad exhibendum condemnatus si ulterius ultra rei exhibitionem ad aliquid aliud, puta, interesse seu penam condemnatur, an possit appellare.
- 59 Ad exhibendum condemnatur, & in eadem sententia conditionaliter ad interesse condemnatur, nisi solvat, &c. an possit appellare.
- 60 Legatum relictum pro sepultura dilacionem non recipit, propterea nec appellationem suspensivam.
- 61 Legatum quod dilacionem non recipit, debetur antequam hereditas adeatur.
- 62 Periculum ubi imminet ex mora, potest legatarius impune propria autoritate legatum capere.
- 63 Cadaver debitoris detineri non potest per creditore, nec ejus appellatio quominus sepeliatur, donec solvatur debitum, admittenda erit.
- 64 & 65 Studiorum causa delacionem non patitur, quare à sententia lata contra turbantem scholarum in habitatione appellatio non admittitur.
- 66 A sententia lata contra fabrum malleantem circa demum scholaris seu Doctoris appellatio non admittitur.
- 67 Testes senes, & valetudinarios, potest iudex à quo licite recipere appellatione pendente, ob more periculum, ne pereat probatio. Juramentum sub cuius forma & praestatione lata fuit sententia, potest recipi appellatione pendente, ne scilicet probatio pereat, ibidem.
- 68 Excommunicatum in articulo mortis constitutum potest iudex à quo appellatione pendente absolvere, quia periculum est in mora.
- 69 Vendemia & messes non recipiunt dilacionem, & ideo appellatio iis negotiis suspensivo effectum caret.
- 70 Dilacionem non recipiunt causa aliqua, quae generaliter non admittunt appellationem.

71 Alimentanti,

- 71 Alimentanti, seu alimentatis crescente, vel decrescen-  
te patrimonio, etiam post factam condemnationem  
& taxationem a iudice, an crescant vel decrescant  
alimenta, remissive.
- 72 Periculum in mora caret lege, legem non admittit,  
atque legem tribuit, licitum facit, quod alias licitum  
non est, ibidem.
- Judicem incompetentem legitimum facit, ibid. multo-  
ries alterat non solum precepta humana, sed etiam  
divina, ibidem.
- 73 Periculum imminens, & instans necessitas attribuit  
iurisdictionem etiam non habenti, & a juris regulis  
tunc receditur, ibidem.

**H**ujus dubii facilis ut pateat exitus, à posteriori  
Capituli parte initium est sumendum, an scilicet,  
& quando violentia adesse dicetur haud appella-  
tioni deferens interposita à sententia, qua præstari  
mandatur alicui alimenta; quod ut prolixitas evi-  
tetur verbosa, quæ doctos affolet stomachari, & junio-  
res confundere, illa generalis est regula constituenda,  
appellationi emissæ à sententia præstante alimenta alicui,  
vim non fieri à iudice non deferente, quoniam  
venter dilationem non patitur, atque alimentorum præstatio  
celerem executionem desiderat: text. est, in l. fin. ibi ne frumentum in ufum militum in annonæ sub-  
sidia contrahatur, &c. ff. de appell. recipiend. text. est  
etiam in l. 2. ibi, sed petarò intra statutum tempus  
sententiæ exequantur; veluti si alimenta aliquibus con-  
stituuntur, vel minori 25. annis subveniatur, &c. ff.  
de re jud. l. si instituit. §. de inoffic. ibi, sed quia scrip-  
tus hæ res appellaverat, placuit interim propter inopi-  
am pupilli alimenta pro modo facultatum, quæ inof-  
ficiosi testamenti accusatione pro parte ejus vindicaban-  
tur decerni, &c. ff. de inoffic. testam. quæ jura ad hoc  
ponderant, allegant. Bart. in d. l. fin. n. 1. gl. verbo de-  
cedat, in c. qua fronte de appell. Specula. in tit. de appell.  
§. in quib. Bart. in l. Meta, in fin. ff. de alim. & cibariis. legat.  
idem Bart. in l. solent. col. fin. eodem tit. Alberic. in d. l. fin.  
Aretin. consil. 97. numer. 3. DD. in l. de alimentis, C. de  
transact. Bernard. scholio decedat in c. qua fronte de app.  
Bart. in tract. de alim. Cumanus in d. l. fin. n. 4. Forcatol.  
in libello. qui scribitur penus juris civil. c. fin. Bald. in l. 2.  
C. quando provo. non est necess. Rom. singul. 286. incipit à  
sententia. Ill. in l. de alim. c. 5. C. de transact. & ibi Alciat.  
pag. 4. Aretin. in stipulatus, n. 9. ff. de verbor. Angel. in l.  
penult. in fi. ff. de his qui sunt sui, vel alien. jur. Nicel. in  
tract. de concordia glossa, c. 6. fallen. 7. n. 3. fol. 192. r. 18.  
tractatum novar. Natta consil. 108. n. 1. lib. 1. idem Natta  
consil. 409. n. 5. lib. Tiraq. in tract. de privilegiis pia cause,  
privileg. 147. Ant. cordub. de Lara in tract. de alim. §. si  
vel parens, n. 26. & seqq. Petrus Surd. in tract. de alim.  
tit. 8. privileg. 60. n. 5. Everard. loco 24. in fi. Crocus consil.  
178. in fi. Gramat. in consil. civi. 146. n. 14. Gigas in tract.  
de pen. q. 9. §. n. 3. Practic. Papiens. in form. libel. quo agi-  
tur pro re singul. n. 85. Afflic. in dec. 152. n. 3. Bal. Novel.  
in tract. de dote p. 9. privileg. 7. n. 2. Rebuff. 1. ro. ad ll. Gal.  
tit. de sentent. provisio. art. 1. gl. 2. Faquineus lib. 1. controv.  
jur. c. 77. Joannes Bottas consil. 24. n. 29. volum. 1. Lance.  
Gallus in tract. de statu. vers. solidos q. 6. n. 27. fol. 333.  
to. 2. Ludov. Pontan. in tract. de alim. c. 19. per tot. tom. 8.  
p. 2. Vitari. in tract. clausit. an poss. juri alim. ven. col. 12.  
circa fin. Cephal. consil. 485. n. 86. Mar. Mant. sing. 22. n. 4.  
Manfred. lib. 2. pract. concl. super atten. concl. 57. & concl.  
157. Fabius Monte. in sua pract. arbitri. in p. 6. q. prin.  
dubio. 13. n. 23. Alin. in praxi §. 31. c. 2. in 2. lim. princ.  
elegantè Aven. in rep. legum, Regn. verbo. governo, per  
tot. Lancel. de attent. 2. p. c. 12. limit. 14. Flores de Mena  
in pract. q. lib. 1. q. 14. n. 4 & etiam per Covar. & Lud.  
Mol. prosequitur Alvarus Valq. rerum jud. consult. 1.  
per tot. qui quidem respondet aliquibus mediis, quæ in  
contarium (faciliter tamen) offeruntur.

Quod & in tantum procedit, ut magis sit speciale,  
quod condemnatus alimenta præstare, non auditur in  
prosecutione appellationis: nisi prius solvat alimenta,  
ita fuisse decilum per Rotam testatur Caputaq. in dec.  
118. lib. 1. Contard. in l. unica in 3. lim. n. 57. C. si de  
momen. poss. quia cum subtrahat parti defensionem, &  
non præstando alimenta, impediatur causæ prosecutio-  
nem, meritò non auditur, quod esse notabile privile-  
gium, dicit Surd. de alim. tit. 8. q. 96.

Quam regulam declares velim. Primò, ut si ab hac  
alimentorum sententia prohibita appellatio quoad u-  
num effectum tantum suspensivum, quoniam ipsa non  
obstante executioni traditur: ut secus si quoad devo-  
lutivum, quia quoad eum admittitur appellatio, ut  
decidit Rota in una Romana status, & alimentorum  
coram Capuzcho, 17. Octobris 1552. & iterum 5. Maii  
1553. ut est decisio in recollectis Caputaq. 1. p. 1153.  
incipit cum causa. Lancel. proximo loco citatus num. 6.  
& super, Flores de Mena Surdus, & imò ex multis Do-  
ctoribus Barbofin l. 1. ff. solut. mari. 1. p. ex n. 56. & 57.  
fol. mihi 217. Cæsar Bartius dec. Rononien. 69. n. 10. per  
totum, & n. 18. & 32. Alexand. Trentacinquus variat.  
resolut. lib. 1. tit. de alimentis, resolut. 1. num. 17. & 18.  
ubi explicat fol. 116. Domin. Joan. de Castillo quoti-  
dian. Controv. lib. 3. cap. 27. n. fin. & quando sumus in  
alimentis præsentibus, vel futuris commissio super ap-  
pellatione datur cum clausula (sine retardatione præ-  
stationis alimentorum) vel sine præjudicio limitæ exe-  
cutionis Veralli. dec. 39. & dec. 48. cum adductis 1. p.  
sequitur Marquella de commissio. 1. p. c. 18. à num. 14.  
fol. 210. ubi num. 17. & seqq. quod quando contra ali-  
mentarium datur sententia, non rescibitur, ita & om-  
nes ferè citati jam hanc probant uniformiter declara-  
tionem.

Satis enim consulitur alimentatio ablata suspensione,  
& impedimento, ita ut statim incipiat alimentis frui  
non spectato sine litis, quo quidem pariter satis fit  
rationi legum & Doctorum in re hac assignata, quod  
scilicet, venter dilationem non patitur, & dum causa  
appellationis cognoscitur, potest creditor fame perire,  
& ideo appellationis pars illa, & effectus deletur tan-  
tum qui huic rationi contrarius esset, & dilationi cau-  
sam præbere potuisset, prout accidit in cæteris causis,  
quæ dilationem non patiuntur, sed celerem expeditio-  
nem desiderant, ut probant text. in l. fin. de appel. re-  
cip. c. fi. 2. q. 6. Specul. in tit. de appel. §. in quibus;  
vers. 8. Ill. in l. 1. col. 1. ff. de feriis. Marant. de ord. judic. 6.  
p. vers. & quandoque appellatur, n. 229. Contard. in re-  
petit. l. unic. ult. ratione decid. n. 17. C. si de momen. poss. &  
probant omnes citati Doctores, cum in his periculum sit  
in mora, latè Lancel. de attent. 2. p. c. 12. lim. 46. Alciat.  
de judic. tit. de appel. §. in questionibus & casibus, & de  
quib. causis appellari poss. num. 8. Menoch. de reti. poss.  
rem. 3. nu. 843. jejunus venter. non audit appellentem li-  
benter. Marquellan. de comm. 1. p. c. 16. n. 17.

Secundò & ex eadem ratione regulam declara, ut  
procedat non solum quando alimenta ipsa petuntur,  
sed etiam quando petitur aliqua eorum pars dumtaxat,  
ut vestitus, habitatio, &c. cum idem sit argumen-  
tum de parte quoad partem, quod de toto quoad to-  
tum, l. quæ de tota ff. de re vin. l. an pars ff. pro derelicto.  
docet Ulpian. in l. cum ii in princ. ff. de transact. ibi eju-  
dem prætoris notio ob transactionem erit, sive vestia-  
rium; sive de prædiis alimentum legabitur: notat Phil-  
lip. Castren. in l. cum his in princ. n. 5. Corduba à Lara  
in d. tract. de alim. §. si vel parens n. 30. Vide latius in-  
fià c. 2. à n. 23. cum seqq.

Tertiò declara præfatam regulam, ut procedat gene-  
raliter, quando proceditur in causa alimentorum prin-  
cipaliter vel incidenter, ut quomodocunque sententia  
lata sit pro alimentis præstandis, appellationi esse mi-  
nimè deferendum, ut probant l. si insti. §. de inofficio-  
so, ff.

so, ff. de inoffic. testam. juncta l. si ff. de appell. recip. & l. 2.  
de re jud. & Doctores huc ulque citari, qui ita om-  
nes indistinctè & genericè loquuntur, & circa mate-  
riam d. l. si instituta, §. de inofficio, quæ de alimentis in-  
cidenter petitis loquitur, videndus Covar. in pract. c. 6.  
n. 6. & 8. & per totum. Molin. de primogeniis lib. 2. c. 16.  
& multa per Surdum de alim. tit. 1. à q. 110. cum pluri-  
bus seqq. in quo nimis perperam loquutus est Lara in  
dist. §. si vel parens, num. 33. dicens, quod appellatur  
à sententia alimentorum, quando principaliter agitur  
de eis, secus si incidenter, tum quia l. 7. tit. 19. p. 4. Alber.  
Pala. Rubens, & alii quos ipse allegat, nihil probant,  
nec incidens debet esse favorabilis ipso principali, &  
ideò illum meritò reprehendit Surd. ubi supra tit. 8. q. 60.  
n. 24. dicens ejus sententiam, & opinionem erroneam,  
prout etiam stylus communis probat, scilicet, in utra-  
que sententia alimentorum, sive principaliter, sive in-  
cidenter lata appellatio non suspendat.

Quartò declara præfatam regulam, ut procedat,  
quando alimenta petuntur à paupere, secus autem si  
à divite, quia tunc cum cesset ratio fundamentalis, &  
immediata, propter quam alimentorum causa celerem  
expeditionem desiderat, & executionem, ne patiat  
dilationem, quia in divite, & eo qui aliunde potest se  
educare, seu alere, nullum consideratur moræ, & di-  
lationis periculum, ut fame pereat, ut est receptissima  
sententia Speculatoris in tit. de appell. §. in quibus n. 12.  
Bart. in l. si ff. de appell. recip. n. 1. & ibi Cuma à n. 4.  
Aret. in consil. 96. Lara à Cordub. in d. §. si vel parens n. 31.  
Cevall. in contra comm. opin. tom. 4. q. 897. n. 917. Marq.  
de commissio. 1. p. 18. n. 5. & n. 11. ubi adducit Rotæ de-  
cisiones, & ex his, quos in unum cumulavit Surd. dist.  
q. 50. n. 21. & seqq. licet quatenus id extendat ad pau-  
perem agentem jure actionis, non bene fuisse loquu-  
tum, mox videbimus, pro quo est text. in d. l. 6. si instituit.  
§. de inoffic. ff. de inoffic. testam. ibi, placuit propter inopi-  
am pupilli alimenta, &c.

Quintò declara dictam regulam locum habere,  
quando petuntur alimenta futuri temporis, non verò  
præterita alimenta, quoniam in istis appellationi  
emissæ nisi deferat iudex, vim faciet, cum sit licita, si-  
quidem causæ hæ nec celeritatem desiderat, nec peri-  
culum consideratur, cum in alimentis præteriti tempo-  
ris cesset ratio, & timor, ne quis fame pereat, jam enim  
evasis periculum, & reperitur in statu vite, ac ideo  
non est necessaria celeritas, ut declarat Joan. Andr. in  
addit. ad Specul. d. §. in quib. in vers. sed nunquid super  
vers. aliorum, & hanc sententiam communem esse, dicit  
Alberti. in l. penult. in fi. ff. de his qui sunt sui vel alien.  
Cuman. in l. si ff. de appell. recip. Aret. in consil. 97. in causa,  
& puncto n. 3. vers. pro hoc dicto. Decius in l. de alim. n. 10.  
C. de transact. Ill. ibi. Curtius junior n. 13. Alciatus pag. 4.  
Felin. in c. cum dilect. n. 16. de rescript. Matth. de Afflic.  
dec. 152. nu. 5. Didacus Perez in rubr. tit. 1. lib. 3. ord. col.  
ante penult. & Duënas in regul. 365. lim. 7. Guigas de  
pens. q. 51. in fi. Foller. in praxi censual. vers. hujusmodi,  
census super rebus, n. 86. Pedem. dec. 86. in fi. Surdus ubi  
suprà n. 15. & ibi Lara in d. §. si vel parens, n. 32. Lancel.  
Robert. de attent. 2. p. c. 12. lim. 24. Contard. in repetit. l.  
unic. C. si de momen. poss. limit. 3. n. 34. Caputaq. dec. 115.  
incipit, cum causa, p. 1. Sarmi. de re dit. Eccl. 3. p. c. n. 5.  
plures etiam ad id allegat Marquell. de commissio. 2. p.  
c. 18. à n. 8. & à n. 16. cum seqq.

Et tunc alimenta futura dicuntur hoc casu, etiam  
ea, quæ debentur à die motæ litis, volunt Caputaq.  
dec. 118. vol. 1. Contard. in d. lim. 3. nu. 56. & seqq. Natta  
consil. 108. quoniam post princ. lib. 1. Lancel. ubi proximè d.  
lim. 24. n. 8. quem sequitur Surd. d. q. 50. n. 16. Rota di-  
versorum, dec. 764. Dominicum præsupposito, n. 5. p. 1. di-  
versis. Caputaq. dec. 24. alim. p. 1. Ruginel. tract. de appell.  
§. 2. c. 3. Et cum dispar sit ratio in præteritis, ac futu-  
ris, in illis enim iudicium nec est summarium, Ma-

rant. de ord. judicio. 4. p. d. 9. num. 52. Hieron. Grattus  
consil. 68. n. 52. & alios quos citat Lara. d. §. si vel parens,  
nu. 23. Marquella. de commissio. 1. p. c. 18. à num. 16. cum  
seqq. fol. 202.

Ultimò declara hanc regulam propositam, ut locum  
habeat, & procedat, quando officio iudicis alimenta  
petuntur, non autem quando jure actionis; quoniam  
hoc ultimo casu appellationi non deferens à sententia  
emissæ, violentiam facere dicitur; quoniam licita re-  
putatur, quæ sententia receptissima est, ut probant  
Specul. in tit. de appell. §. in quibus vers. tu dic. quod si pe-  
tantur officio iudicis, quam etiam post Alberi. sequitur  
Joannes Andreas ibi in addit. in verbo aliorum, Bart. in  
l. si ff. de appell. recipi. n. 1. & seqq. Pedem. dec. 25. n. 20.  
Lancel. Robert. in tract. de attent. 3. p. 28. à num. 65. &  
seqq. & post Bart. & Aretin. tenet Vitall. tract. clausula-  
rum in verbo, an juri alimentorum, sub n. 10. tomo 18. fol.  
487. col. 3. Cæsar Contard. in l. unica, in ampliati. n. 141.  
C. si de momen. poss. Ozalcus dec. 25. n. 20. licet voluerit  
cavillare hanc distinctionem, Scaccia de appellat. q. 17.  
lim. 17. nu. 17. dicens quod rejecta communi distinc-  
tione appellari non poterit ab alimentis petitis ab inope,  
sive jure actionis, sive officio iudicis illa petat, quia  
cum contra communem loquatur, audiendus non est;  
tenet etiam Avenda. in dictionario legum Regni, post res-  
ponsa, verbo, governo, vers. ista tamen regula fol. 189. &  
ex aliis tenet Flores de Mena pract. q. 15. num. 11. & sup.  
& ex Fachineo controversiarum jur. lib. 1. c. 77. Bart. &  
aliis affirmat Cevall. in contra. comm. 4. p. q. 897. n. 910.  
Guillelmus de Cunis in l. 2. ff. de his qui sunt sui vel alie.  
jur. Arg. l. 2. ff. de re jud. Cuman. in l. fin. n. 4. ff. de appell.  
recip. Vitalli. in tract. de claus. tit. an juri alim. possit renun-  
cum jura. n. 106. fol. mihi 633. Aretin. consil. 97. n. 3. in fi.  
sequitur Rota dec. 764. lib. 1. divers. per totum, ubi dicitur,  
quod à sententia lata in causa alimentorum, quæ  
non jure actionis, sed officio iudicis propter inopiam  
petita essent, non potest appellari. Plures alios (aliqui-  
bus ex his citatis) in hanc sententiam allegat Surdus  
d. q. 60. n. 21. & seqq. quæ verissima est, licet minus rectè  
minùsque peritè, minùs digestè, & sub verborum con-  
fusione contrarium tentare voluisset, intricatè allegan-  
do Doctores, qui suammet reproband intentionem di-  
centes, quod etiam quando agitur pro alimentis jure  
actionis, non admittitur appellatio si actor inops sit;  
ut tunc par sit ratio, ac in agente officio iudicis, de  
quo statim dicendum.

Hanc nostram conclusionem (licet à principio æqui-  
vocè) tenet Marquella de commissio. 1. p. c. 18. n. 8. fol. 202.  
dum ad id allegat Pedemont. Guidobon. & Lancel. di-  
cit in comprobationem, quod ad hoc ut à præstatione  
alimentorum procedat appellatio suspensiva, tria requi-  
runtur. Primum, quod iudicis officio, non jure actio-  
nis petantur. Secundum propter inopiam, qua cessante  
appellationi locus erit. Tertium, quod futura, non  
præterita petantur; & ita censuisse Rotam coram Do-  
mino Orano in una Anconitana alimentorum 4. De-  
cemb. 1585. post Bart. in tr. alim. n. 47. Alberic. in l. si  
iudex in fi. ff. de iis qui sunt sui vel alieni jur. Roman. in  
l. 1. n. 15. ff. solu. mat. in aut. similiter, n. 43. C. ad leg. Falci.  
Aret. consil. 97. num. 3. in fi. Bald. novell. in tr. de dote p. 9.  
privileg. 7. & cave à Marquellano, seu attempta lege, quia  
intricatè loquitur cum terminorum confusione.

Quod autem dicit Surd. ubi proximè citatus, ne-  
gandum est libenter, non quando officio iudicis petun-  
tur alimenta, ideo est, quoniam ipsa natura, jusque na-  
turale hoc inducit præstari, puta, filio à patre patri à  
filio & similib. l. vel negare, ff. de iis, qui sunt sui vel ali.  
jur. l. ex hoc jure, de jure natur. gent. & civil. gl. in l. sed &  
si §. consulit, de petit. hereditatis Claud. in d. l. ex hoc jure  
col. 14. Cagnolus in l. cum amplius §. is natura num. 1. &  
seqq. ff. de regul. jur. at quando jure actionis petuntur,  
solum jus civile operatur; quod multum interest, &  
illud